



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Vtî quis ex Lutheranismi hæresi ad sanam mentem reductus, vitam
moresq[ue] conuertere debeat. Cap. XIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

& peccata totius vitæ tuæ in scripta rediges, & tum de omnibus sceleribus, ab infantia vsq; admissis, integram confessionem dices: siquidē (vt metuo) nunquam omnino rectē es confessus. *MIL.* Hoc opus, hic labor erit. *MON.* Quicquid hac in parte laboris ferendum sit, adoriri te oportet. Quocirca da operam, vt bonum confessarium accipias, qui te benē instruat. Necessē est etiā vt integrum peccata vitandi propositum arripias, nec huius rei gratia vllum velis subterfugere laborem, quem haud dubiē experturus es, peccatorum occasiones repudiando, iniusta bona restituendo, læsos conciliando, damna præstando, itemq; voluptatibus tuis & desiderijs obluendo, eadēq; frangendo: quæ omnia sunt factu necessaria. *MI.* Tuam mi parer voluntatē bonam consiliūq; animaduerto: Deus tibi rependat: adhæc omnia me prout offero. Sed vbinam confessarium aliquem peritum in his reperiam? Hic namque sunt Lutherana doctrina passim infecta, & eruditissimi qui in cœnobijs erant confessionarij, sunt expulsi. Quādoquidem cū acriter aduersus illam nouam sectam concionabatur, ciuitate eis est interdictum. Dicam tamen, quod res est, nostris in scriptura & scientia valentiores Lutheranis concionatoribus erant.

Vti quis ex Lutheranismi hæresi ad sanam mentem reductus vitam moresq; conuertere debeat.

Caput XIX.

Monachus.

Quare iam non domum, Vlmam versus equitas? Ibi bonos & doctos in Dominicanorum monasterio à confessionibus patres inuenies. *MIL.* Nullum ad hanc rem Vlmæ locum inuenire potero. Senatores enim Dominicanis concionari confessionesq; audire vetuerunt. Præterea iisdem vllam domum introire in eadē ciuitate est prohibitum etiā, in omni circaditione ipsorum. *MON.* Quid ita? *MI.* Timebant, ne ab ipsis quispiam ad veram fidē conuerteretur. Etiā dictū est mihi eiusdem ciuitatis magistratū, communi decreuisse consilio, Dominicanos quidem vi non expellere, sed tantum angustiarum, & vexationum eis conficere, vt ipsimet cedere cogantur. Hæc idē dixerim, vt causam scias, cur Vlmæ consolatum iri non possim, Mirifica equidem & rara penes me facinora confiteri habeo. Propterea cum & alia Coloniam proficiscendi causa mihi suppetat, ibidem confiteri volo: si quam notitiam illic habes, ad bonum confessarium me perducito. *MON.* Ciuitas ista doctis bonisq; confessarijs plena est in cœnobijs, & extra. *MIL.* Mallet in cucullum peccata mea euomere. *MO.* Perge igitur in Prædicatorum monasterium ad hæreticæ prauitatis inquisitorem, qui & ipse Vlmensis est. *MIL.* Ad Doctorem Conradum? *MON.* Etiam. *MIL.* Doctus & interger est, probē ipsum noui. Atqui iam mihi dicito quomodo post confessionem me gerere contra meam consuetudinem malam debeam, vt non denuo labascam, & quæ præcipuē vitare peccata me oporteat. *MO.* Post confessionem vt te gerere debeas peccata. *MIL.* Debeo Papæ vel illius parere mādatis? *MON.* Vtiq; in rebus licitis. *MI.* Ipse non est Ecclesia. *MON.* Christus ait: Si peccauerit in te frater tuus, vade Matt. 18.

Et corripere eum inter te & ipsum solum. Si autem te non audierit, adhibe tecum ad hoc vnum vel duos. Quod si non audierit eos, dic Ecclesie. Quam in ista causa Ecclesiam dictam esse resis? Opus ne erit, quoties corripere, vel corrigere aliquis velit proximum suum, qui vnus, vel duorum reprehensionem non curat, omnem Christianorum hominum ceterum conuincere, vt eidem significetur de isto homine se emendare nolente? MILES. Hoc mihi impossibile esse videtur. MON. Quid ei go facto opus est?

MILES. Id ego profecto nescio. MON. indicandum erit praelato, animarumq; curator, isq; eis qui peccauerunt & se emendare non curant hac in causa loco Ecclesie est, vt pote qui totius communitatis sibi subiectis & commissis personam sustinet. Quum igitur Papa totius sit Christiani gregis caput & antistes, æquum est, vt ei quilibet morem gerat, & qui ipsi non obtemperat, tanquam incredulus & Aethnicus haberi censeriq; debeat. Facile tibi ex veteri pariter & nouo testamento, tum etiam ratione testatum efficerem, in regimine siue iurisdictione spiritali vel Ecclesiastica præsidentem vnum esse oportere totius Ecclesie, vel omnium membrorum totius Ecclesie quem-

Deut. 17.

Adulterium
quam sit
immane
scelus.

Prou. 6.

Vt inter se
coniuges vi-
uere debeant.

Gala. 1.
Virtus vt et-
iam à ma-
lis honore-
tur.

admodum in veteri testamento vnus summus sacerdos constitutus erat, cui Deus parendum esse mandarat, etiam vitæ amittendæ supplicio. Sed nimis longum foret, & iam nunc affctus es, vt non opus sit hac de re tecum disputationem ingredi. Subditose obedientie præceptorum Ecclesie, tuiq; Parochi, quamdiu ipse in fide verus est Christianus, & te quod bonum est, docet. Ad peccandum autem neque ipsi, neq; vlli obedire debes. Secundo conjugalem fidem tuæ legitimæ seruabis vxori, & erga omnes alias fœminas castus eris factis, voluntate, & signis. memineris adulterium supra modum immanecrimen esse, quod nulla excusatione iuhnixum ex cordis inopia (vt in Proverbijis suis ait Sapiens) peruenit, & plerumq; etiam hic in mundo mala, Deo permittente, morte plectitur. Si tum ex Christianis, tum ex Aethnicis quoque historijs commemorare velim quantum calamitatis, quantæ hominum strages & cædes, quantum damni, quæ denique mala ex adulterio oriuntur, grande volumen conficiendum erit. MILES. Nihil est necesse, hoc ego me malo prorsus expediam. MO. Debes igitur cum vxore tua amicè quoque & pie viuere, vt gaudio affici te ianuam introeunte possit. Cum se mariti tã seuerè & commodè gerunt, vt vxorum corda trepident, cum maritos suos domum redire conspiciunt, non bene se res habet. Quando verò coniuges in amore & fide consentiunt, & vnus sunt voluntatis, tum aduersos calus istj perpeti facillè tolerabileq; existit. Quando etiam Deum præ oculis habent, & mutuo sese commonefaciunt, inuitant trahuntq; ad charitatem Dei & beneplacitum diuini exequendum, iam cum ipsis est Deus. MILES. Hac me spero ope diuina strenuè obseruaturum. Alia res est quæ mihi correctu est difficilis MONACHVS. Quænam ex ista? MILES. Potationibus & ebrietate vt abstinere potero? siquidem his mundus vult esse deditus, & qui secus agit, contemnitur. MON. Paulus ad Galatas inquit: Si adhuc hominibus placere, Christi seruus non essem Hoc te æquo ferre animo decet. Si Deo gratiam cupias ducere vitam, nil tibi morandum erit, quid mundani de te homines existiment, aut loquantur. Et tamen veritas & virtutes etiam à malis hominibus honore afficiuntur. Quamuis enim id genus homines temperantiam aliasve virtut-

virtutes spernere videantur, attamen propria ipsorum conscientia pro rationis iudicio, secundum virtutes viuere vtile, honestum salutiferumque esse testatur, ipsosque reprehendit, quod non itidem ipsi quoque viuunt.

Quando igitur firmiter status, quod potare, & plusquam naturalis necessitas exposcit, bibere nolis, omninoque propositum hoc vis obseruare, ad contrarium compellere quis te poterit? Tibi imprimis molestum, & alijs etiam insolitum esse videbitur, si te difficilem ad computandum conspiciant.

Ast vbi in tuo te proposito animo infracto perseverare animaduertent, & quod ab isto nemo te diuellere possit, imò etiam te hac in parte amicum offendere, quam contra Deum facere malle, non te inestabunt admodum nec

denuo idem abs te contendent, imò cum laude & præconio tua talis conuersio & salubris commutatio, deprecabitur ad exemplum aliorum hominum. Fit tamen interdum, vt in fine conuiuij amicitia causa cyathus ab vnoquoque exhauriatur qui nemini obsit hunc tibi minimè prohibeo. Hocque in mensa in bibendo sis temperantior, vt huiusmodi obuiente occasione, citra noxam integra appetentia cyathum vnum sumere possis. Alioquin ad potandum inuitari te cogitque non sinas. Quod tux siti & naturæ, conueniens est, sumito & non vltra. Ita quoque Christus nos docet, ne nos grauemus crapula & ebrietate. De alio videlicet, de inebriando meum, est consilium.

MILES. Nunc hoc baptizare vocatur. *MONAC.* Quomodocunque licet vocetur, perniciofa quidem & noxia res est peccatum istud. In qua enim pericula miserisque calamitates sæpenumero homines quam plurimos ebrietas induxit. Quisquis igitur sponte sua ansam ebrietati præbet omnibus

alienis propriisque peccatis hinc nascentibus est obnoxius. Quapropter consulo tibi, ne crebro ad conuiuia exeat, & ne ipse præter necessitatem conuiuij agites. Quandoquidè hinc multum pecuniae inutiliter consumitur, qua aliorum subleuari indigentia facile possit. *MILES.* Difficulus possum solus in mensa esse apud me aliquem habere conuiuiam oportet. *MONA.* Tuam uxorem & familiam habes cum his latus esto. *MILES.* Aliquis præterea mihi adsit oportet, qui non semper est mecum: & propter raritatem huiusmodi conuiuas amo. *MONACHVS.* Non omnia tibi conuiuia interdico. Est quoddam conuiuium, quod tibi etiam consulere non dubitem. Ad conuiuium tuum tales inuita hospites, quales te Christus vocare docet: Cui facis prædium, aut cenam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos neque cognatos neque

vicinos diuites, ne forte te & ipsi reuertent, & fiat tibi retributio: Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & caecos, & beatus eris quia non habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Isto pacto dilecte Georgi facito: inuitato honestos probosque pauperes, meretricare erubescentes, quod suam fateri inopiam eos pudeat, & hos cum decore propter amorem Dei exhilarato: tum iidem consolantur, & tibi inde oblectatio erit, quod apud te aliquos habeas. *MILES.* Perplacet hoc mihi consilium. Si verò me bibendo præuaricari contingat, quomodo id expiabo? *MO.* Si notabiliter illud scienterque fiat, postero die ipse tibi multam constitues, vt eodem die vinum bibere nolis, aut aliud tibi delectabile subtrahas, quod alioqui tibi licitum esset, aut quinque orationes Dominicis orabis, aut speciali intentione pro isto peccato elemosinam largieris. *MIL.* Consultumne tibi videtur

Lucæ 21. Ebrietas quæ sit pernitiosa.

Cuiusmodi conuiuium licite agatur. Lucæ 14.

Quo pacto multandum sit, si quid de linquamus.

VI VO-

VI VO-

vt voueam Deo, me non ad ebrietatem vsque bibiturum, & non me iuratum, vel execraturum? *MONA.* Nequaquam, nondum, ad id per votum te debes astringere, propter imbecillitatem tuam vt ne grauius delinquas. Hoc autem facies. Omnino apud te constitues tale te peccatum propter Deum fugiturum & omiffurum. Non ideo tamen tuo confides proposito, sed seruo Deum pro sua gratia auxilio implorabis in ista & omnibus alijs causis. Licet etiam tibi, & est vtile, si tecum & cum Deo pactum fœdusq; pangas, vt si ebrietate, vel iuramento sis transgressus, hanc vel illam multam pro tui castigatione velis sustinere. Huiusmodi multæ præscriptio commonebit te, ne tam crebro præuariceris, & quando tuum Deus pro virtutibus laborè aspiciet, auxilio tibi cum maiori gratia obuiam veniet. Insuper consulo tibi, vt omnem lusum etiam chartarum qui fit pro pecunia, totis viribus postponas etiam quando contingit inter amicos ludi, quis vinum satisfaciat, aut satisfacere iuuat. In omnibus rebus negocijsq; tuis veritatem & iustitiam constanter retine. Nullius ergo respectu iniuriam alicui inferri, si quo præpedire modo possis, patere. Misericors erga egenos esto, & ipsis iuxta facultatem tuam, sicut Tobias docet, impartire. Quotidie si potes, deuotè missam auscultes. *MILLES.* Quid tum orabo? *MO.* Orationem illam, quam nos Christus docuit, Salutationem angelicam & Symbolum Apostolorum. *MILLES.* Quando tam crebro rem eandem oro, nauseabundus fio. *MONACH.* Est igitur consultum vt decem, aut quindecim articulos ex vita passionis Christi extractos singulos cur. Oratione vna Dominica offeras. Sic eorumdem inuocatione articulorum, tua se quoque innotabit deuotio. *MILLES.* Istos mihi velim explices. *MO N.* Orationem vnâ Dominicam in honorem Incarnationis Christi dices, alteram in honorem Natiuitatis, tertiam in honorem sue gratiarum actionem suæ Circumcisionis, quartam propter exilium suum, quod ab Herode persecutus in Aegyptum fugerit, aut alias sicut ipse maus. *MILLES.* Licetne orationem vnâ Dominicam cum oblatione sanctorum trium Regum offerre? *MONA.* Licet planè, quod si voles, tuas tibi preces multis alijs articulis augere licebit. Aliquot saltem his exempli gratia proponam. Licet tibi vnâ orationem Dominicam pro naturali passione Christi offerre. Nimirum pro frigore, fame, siti, æstu, &c. pro concionibus suis, pro gratiosis suis miraculis, pro operatione, pro benigna sua & amica cum peccatoribus, quos conuertit, conuersatione, pro persecutionibus, quas à Iudæis tolerauit. Item pro sua venditione, &c. pro corna sua, pro sua angustibus plena iuxta montem Oliueti precatione, pro sua captiuitate. Præterea ad gratiarum actionem blasphemorum irrisoriorumq; ab ipso perpefforum, pro falsis aduersus ipsum testimonijs, pro mædaci ipsius accusatione, & sic per oem suam passionem deinceps eundem ad finem vsque. *MILLES.* Hæc me retinere non posse timeo. *MO.* Ab eo quod retinere potes, incipe aut in schedula tibi vel libello, quem tecum feras, conscribere, donec absque libello retinere possis: vel si non scias legere, signa tibi, quæ quid significent intelligas, depinge. Quando tum ita coepisti, indices tibi alia atque alia incident & maiorem erga hæc amorem consequeris. Simili ratione rosarium quod vocant, orare poteris, si tibi quinquaginta articulos conscribas.

MI.

Quam sit vtile sibi ipsi pro excessibus multam imponere

Tob. 4.

Quo orationis genere vrendam sit contra tadium.

MILES. Alias autem à Deo quid postulabo? *MONACH.* Ut tibi Deus tua peccata remittat, ut in suam gratiam tutelamq; te recipiat, ut tibi contritionem odiumq; peccatorum intundat, ut te meliorem faciat, vitamq; tuam instar suæ vitæ, & iuxta beneplacitum suum reddat, ut in omnibus tentationibus, & à sceleribus omnibus te protegat, ut omnia desideria mala in te perimat, ut cor mundum creet in te secundum beneplacitum suum, ut te sibi totum acceptum faciat, ut semper in te habitet teq; possideat, te tuosq; iuxta diuinam voluntatem suam moderetur. Item optabis, ut te diuina charitate sua repleat, ita ut ipsum super omnia, & in omnibus diligas, ipsum laudes, ipsiq; gratias agas. Eodem modo ipsum pro alijs quoque virtutibus precaberis. Si rectè eo te dedideris, ut Deo obsecundare piamq; vitam transigere velis, mox ab hominibus, à Satana, & à teipso, hoc est, à pristinis tuis conuentionibus & concupiscentijs impugnari te senties. Sed his reluctari oportebit. Tum tentatio & propria tua fragilitas (quam in tuo experieris spiritu) facile te docebit, quid flagitare debeas à Deo, quidq; necessarium tibi erit, cur in tua vota Deum te vocare oporteat. Si (quod auertat Deus) in mortiferum relapsus fueris crimen, non expecta donec in aliud ruas, sed cum primū cecidisti, confessarium adi, & ab ira Dei per contritionem confessionemq; & à compede diaboli te libera. Nihil enim tam efficaciter demonis vires enervat, tamq; subito hominem liberat, quam dolens, integra & sincera confessio. Nūq; indormiscere cubitūq; ire debes, qn tuā sic prius cū Deo conscientia cōposueris, ut securè emori possis. Idcirco si qd in corde reperis, q; te urgeat & angat, adeo ut in huiusmodi cordis tui cōditione ad mortē ire non ausis, corrige illud & abs te projice, ut bona cōsciētia, securūq; erga Deū corde mortē sēper operiaris. Bonā illā animo reuolue doctrinā, q; (ut antea dixisti) te monachi docuerūt, ut eadē cordi tuo insculpas, & efficias, ut in te fructus ad æternā vitā proferat. Ad hæc te cōmonitū velum, ut p nostris omnibusq; principibus & pro temporali magistratu Deum ores, ut ipsos illuminare Deus commonereq; velit, ut ijs cordi sit Dei contemptus & animarum interitio, quæ per Lutheranam hæresim fit, quomodo cordi ijs futurum esset, si de eorum quis potestate, imperio, dignitate, ditione aliquid, aut passum vnum de agris ipsorum detraheret. *M.* Imò tum non hoc passuri essent, & magnum inde bellum oriretur. Pro fide autem, pro gloria Dei, pro animarū incolumitate nullus vult facere quidquam, nullius hæc referunt aliquid. *MO.* Pari ratione, ut in omnibus statibus abusus ita corrigantur, ut boni tantum status in suis institutis integri permaneant. *MIL.* Quilibet in vitia aliena declamitat, & suum ipse nemo vult respicere vitium, nedum corrigere, quantumlibet hinc etiam in mundum ærumnarum veniat: imò bonis simplicibusq; hominibus & probis monachis, qui neminē nocere volunt, fit, quemadmodum ouicula illi, quæ ad riuulum quendam tranquilla infernè consistebat: supra vero lupus importunus omnem aquam perturbabat, ut contra ouem causam haberet: tum ouj impingebat, quod ipsa sibi aquam turbidam effecisset, ne superius bibere posset. Itaque in ouem culpa omnis collata est, & vellet nollet pœnas eam dare oportuit. *MON.* Sic nimirum accidit. Sed rēpus est, ut hinc ego ab eā Igitur Deo te cōmendo. *M.* Omnipotens Deus, tua sit merces, qui meā animam per te lucrificet. *MO.* Is te quoque nū Georgi in omni bono custodiat, & conseruet. *MILES.* Amen.

Deus quid
sit orandus.

Relapsus in
peccatum
lethale quid
gere de-
beat.

Ut Dei ho-
nor, & ani-
marum sa-
lus paucis
cordi sit.